tali modo praemisso ad solvendum succumbendo ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, interatque consorte sua non statuenda statuenda vel in eventu mortis successoribus illius statutis ex eius interatque Recognoscens Generosus Joannes de Rzepki Rzepecki Camerarius Terrestris Cracoviensis sive eius posteri Ad instantiam supra scripti Generosi Joannis Trzazdowski Rochmagistri Sacrae Regiae Maiestatis sive illius successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc Recessu supra scripto quoad res pendentes Lecti mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, sui parere, respondere, vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos successores ad easque omnia obligat. Eundem Terminum in vim peremptorium praescribantur ligamenta ex praesenti Inscriptione eo adiecto ita et sua praesenti per Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Inter Rzepecki et Trzazdowski mutua Scripti Roboratio

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisl. Comparentes personaliter Generosi Joannes de Rzepki Rzepecki Camerarius Terrestris Cracoviensis ab una, et Generosus Joannes Trzazdowski Rochmagister Sacrae Regiae Maiestatis ab altera parte, animo mentibus et corporibus existentes a Terrestris Districtibusque aliis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad hunc modernum actum se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo atque subiiciendo palam libere publice ac ex propriis eorum recognoverunt, et quilibet illorum suo interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis, inscribunt et obligant praesentibus, Scriptum certum manuale

nuale interse Recognitis, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto Contentarum de Actu et data eiusdem Scripti hic Premisliae die hesterna Actum praesentem praecedente confecti et Consensu manibus sui Recognitium et certorum Amicorum in eodem Scripto Contentorum Subscripto in omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis, clausulis, Articulis, Ligamentis in eodem Scripto Contentis ac nexibus quibusvis universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, Omnibusque et singulis eius Scripti manualis contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum Manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum Scriptum manuale invicem in toto refferendo. Itaque sub Ligamentis in eodem Scripto contentis parte parti cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Scripti praefati manualis omnium et singulorum toties quoties opus fuerit, ad luendum succumbendis. pro quibus quidem Ligamentis in eodem Scripto Contentis ac de aliqua Principali ex Contentis Scripti eius non completa complenda, praefata et quoties memorata pars utraque promissa non tenens sive eius posteri Ad instantiam partis alterius promissa tenentis et complentis sive eius posteriorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu atque ad id quod respondendum spectat mediante Scripto in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Ligamenta praefata in eodem Scripto contenta luere, Inscriptionem praesentem Actis facere. etc. Sequuntur ligamenta ex prioribus Inscriptionibus usque ad finem.

Ct. Dzierzkowa. Abrenuntiat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Generosa Alexandra Antonia de Zwichowice olim Illustris et Magnifici Raphaelis a Leo de Zwichowice Zwichowski Castellani Leopoliensis cum olim Illustri et Magnifica Constantia de Rytwiany Zborowska procreata filia Generosi Domini Francisci de Krzynice Dzierzek Consors legitima cum eiusdem Mariti sui assistentia Tutoris Coniugalis et ultroneo adinstare

cognosco